



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku
Ekklesiastikē Istorìa, Eklogai Apo Tōn Istorion
Philostorgiu Kai Theodōru**

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

Henrici Valesii Annotationes In Librum Quintum Ecclesiasticae Historiae
Philostorgii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

codice Samuelis Bocharti, cui consentit etiam Scoriacensis. Interpretationem autem Gothofredi, Hofstienius ad latus sui codicis ita correxerat: *Inter alios Macedonium Constantinopolitanum, quamvis ante in Eunomii partes inclinatum in suam nihilominus sententiam pertraxerunt.*

In Caput XII.

Pag. 496 *ἢ ἢ τῆς γνώμης ἀδρασεῖ.* Ignaviam ac timiditatem Basilio Magno objicit Philostorgius Eunomianus: In hoc Eunomium ducem suum sequutus,

qui idem vitium Basilio exprobraverat, ut testatur Gregorius Nyssenus in libro primo adversus Eunomium, pag. 318. Verum Nyssenus eam accusationem eleganter ac luculentè refutat in sequentibus.

ταύτης τῆς σιωπῆς ἡράματα. Suspiciatus sum aliquando scribendum hic esse *ἡράματα*. Ferri tamen potest vulgata scriptura, quippe quæ eundem sensum habet. *ἡράματα* enim hoc loco non epistolas duntaxat, verum etiam acta totius Synodi designant. Certè verbum *ἡράματα* quod sequitur, non convenit solis epistolis.

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN LIBRUM QUINTUM
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
PHILOSTORGII.

In Caput I.

Pag. 498 *Ἐγκύριε ἀθανάσιον.* De hoc Athanasio An-cyren Episcopo, præter Socratem & Basilium à Gothofredo citatos, meminit Gregorius Nyssenus in libro primo contra Eunomium, pag. 292. *τα ἡ κατὰ τὸν αἰτίον τῆτον ἀθανάσιον ποτὶ τὴ γαλατῶν ἐπισκοπῆν λίγοντι ἡκούσα, ἀνδρὸς ἐκ τῆσιν ἐπὶ τῆσιν ἀληθείας προσημύσαντι, &c.* Id est: *Nam quis & qualis fuerit hic Aetius, audetis quondam narrantem Athanasium Episcopum Galatia, virum cui nihil unquam veritate fuit anti-*

ἡκεῖντο. Scribendum puto *ἡκεῖντο*. Eodem verbo utitur Philostorgius in libro 4. cap. 9. *καίτοι τοῖς ἑξὶ ἐυδόμενοι προσημύσαντι.* Gothofredus verò hunc locum aliter interpunxit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim interpretatur: *At Meletius, invito quidem Imperatoris nutui serviens, itiprohacion simulavit.* Verum Græci fermomis proprietates hoc loquendi genus non admittit; τῆ τῆ βασιλῆως ῥοπήν θρησκοντων. Dicerent enim *δουλιών*, aut quid simile. Rectè igitur emendavi, *ἡκεῖντο τῆ τῆ βασιλῆως ῥοπήν.* Quæ elegans est metaphora à momento trutinæ desumpta. Jam verò *θρησκοντων τὸ ἡεροῦσιον* eleganter dicitur

pro *τιμῶν*, ut paulo post loquitur Philostorgius.

ἡ δὲ αἰὶν ἢ δύναμις εἶπετο. Suspiciatus sum aliquando hunc locum ita restituendum esse: *ἡ δὲ αἰὶν ἢ δύναμις ἀπὸ πῶν ῥηθῆν ἰδῆσθαι, &c.* Et in fine *ἡκαθίστησι.* Sed nunc re attentius examinata, nihil mutandum censeo.

In Caput II.

ὁ βασιλεὺς ἔδωκεν ἀνακτῆν. In Apographo Samuelis Bocharti post has voces in margine annotantur hæc verba: *Adde μανθὴν ex margine manuscriptorum exemplaris.*

αἰσ ἀμειλαδα. In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur, *ἀμειλασα.* Et paulo post pro *ἀνυποισιν*, idem codex habet *ἀνυποισατι, ὡς ἐστὶν ὁ δὲ αὐτοῦ ἡεροῦσιον.* Porro cum hoc capite jungendus est locus Suidæ in voce *ἀνυποισι*, qui absque ulla dubitatione descriptus est ex hoc Philostorgii libro. Nam & Aetii & Eunomii elogium quod illic legitur, id manifestè declarat, & stylus ipse Philostorgium Auctorem indicat. *ἡεροῦσιον* enim ibi dicuntur Episcopi; quæ locutio peculiaris est Philostorgio.